Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Lucas 269

et ita invenerunt sicut mulieres
dixerunt: ipsum vero non invene
runt. Et ipse dixit ad eos: O stul
ti et tardi corde ad credendum
omnibus quae locuti sunt prophe
tae. Nonne hoc oportuit pati christum
et ita intrare in gloriam suam. Et
incipiens a moyse et omnibus
prophetis: interpretabatur illis in om
nibus scripturis quae de ipso erat. Et
appropinquaverunt castello quo
ibant: et ipse se finxit longius
ire. Et coegerunt illum dicentes:
Mane nobiscum quoniam advespe
rascit. Et inclinata est iam dies.
Et intravit cum illis. Et factum
est dum recumberet cum eis accepit
panem: et benedixit ac fregit
et porrigebat illis. Et aperti
sunt oculi eorum: et cognove
runt eum. Et ipse evanuit ex oculis
eorum. Et dixerunt ad invicem: Non
cor nostrum ardens erat in no
bis: dum loquitur in via: et aperiet
nobis scripturas. Et surgentes eo
dem hora regressi sunt in hierusalem
et invenerunt congregatos vide
licet: et eos qui cum illis erant di
centes: quia surrexit dominus vere
et apparuit simoni. Et ipsi narra
bant quae gesta erant in via
et quomodo cognoverunt eum in
fractione panis. Dum autem haec
loquuntur: stetit iesus in medio eo
rum et dixit: Pax vobis: Ego
sum nolite timere. Conturbati
vero et conterriti existimabant
se spiritum videre. Et dixit eis
quid turbati estis: et cogitatio
nes ascendunt in corda vestra
Videte manus meas et pedes
quia ego ipse sum: palpate et
videte: quia spiritus carnem et
ossa non habet sicut me videtis ha
bere. Et cum hoc dixisset: ostendit
eis manus et pedes. Adhuc autem
illis non credentibus et mirantibus
prae gaudio: dixit: Habetis hic
aliquid quod manducetur? At illi obtu
lerunt ei partem piscis assi et favi
mellis. Et cum manducasset coram
eis: sumens reliquias dedit eis
Et dixit ad eos: Haec sunt verba
quae locutus sum ad vos cum ad
essem vobiscum: quoniam necesse est im
pleri omnia quae scripta sunt in
lege moysi et prophetis et psal
mis de me. Tunc aperuit illis
sensum ut intelligerent scripturas
Et dixit eis: Quoniam sic scriptum
est: et sic oportebat christum pati
et resurgere a mortuis tertia
die: et praedicari in nomine eius poenitentiam
et remissionem peccatorum in omnes gentes: incipientibus ab
hierusalem. Vos autem testes es
tis horum. Et ego mitto promissum
patris mei in vos: vos autem se
dete in civitate quoadusque induamini
virtute ex alto. Educit
autem eos foras in bethaniam
et elevatis manibus suis benedixit
eis. Et factum est dum bene
diceret illis recessit ab eis et fe
rebatur in caelum. Et ipsi adorantes
regressi sunt in hierusalem cum gau
dio magno: et erant semper in
templo laudantes et benedicen
tes deum amen: Explicit lu
cas. Incipit prologus
in iohannem

Iste est iohannes
evangelista unus
ex discipulis domi.
qui virgo a deo elec
tus est quem dominus
volente nolente
voluit deus cui virginitatis
ne hoc duplex testimonium datur
in evangelio: quia et in ceteris de
lectus a deo dicitur. Et huic mere
sua virginitas contulit dominus: ut